

Real
principis
et magis-
tratus
edictum.

Optimi principis ac magistratus officium hoc versus insinuat, quorum est si quod sciant indignum aliorum facinus et maleficium corrigere, devios reducere in viam, uno verbo emendare, hinc prohi et providi reipublice rectores in Scripturis canes appellantur, quod reos scelerum atque impios allatrare, et cum opus fuerit morsibus impetere atque supplicis coercere debeant: id ni faciant ab Isaia cap. lvi, vers. 10, graviter reprehenduntur, et dicuntur canes muti non valentes latrare; vel, ut legit S. Augustinus in Psalm. lxxxi, canes muti nesciunt latrare; sed de multis verius dici potest, noverunt quam nesciunt, qui si forte muti sint, aut interclusam vocem habeant, non id patiuntur, quod nescio quis lupus illos prior viderit, sed ignavus potentie alienae timor et spes commodorum, aut alius quispian respectus humanus linguam illorum fœde ac perniciosè illigaverit; hinc oritur illa dissimulatio peccatorum, quam sapientes communibus sententiis damnant omnes, cum in sceleribus omnivertit illi qui emendare debuissent.

Dissimulatio peccatorum maxima dicitur.

S. Hilarius in Psalm. cxxxviii istiusmodi dissimulationem ac conviventiam adulescentium appellat, atque acriter perstringit, nec immerito, quoniam incredibile est quot et quanta mala inde promaneant: nam in primis illi ipsi quod notarium scelus non corrigunt admittunt, quemadmodum Agapetus, num. 28, disertè docet dicens: *ἵνα τὸ πικρὸν τὸ πρὸς τοὺς ἀδικησάντας, ἴδεν ἐστὶν ἀδικεῖν καὶ οὐκ ἀποκτεῖν ἀδικησάντας*, idem est delinquere et non coercere delinquentes; aliis autem incredibiliter nocent, quibus fenestram aperiant late patentem ad similem audaciam concipiendam, ut vere et acute Arnobius lib. IV *Contr. Gent.*: « Quisquis, inquit, patitur peccantem is vires subministrat audaciae; » neque in uno sistit malum, sed ut pestilentissimum quoddam virus in consequentes quoque etates influit, ad quas peccandi consuetudo transmittitur; quemadmodum pulchre docet Ennodius in *Vita Epiph.* dicens: « Vitia transmittit ad posteros qui presentibus culpis ignoscit. » Job itaque secundum Septuaginta interpretum lectionem ab omni noxia dissimulatione, atque adulescentium silentio, nec non inerti otio aut desidiosa quiete, quae vitii pabulum et fomenta subministrant, atque criminibus patrocinantur, quam maxime semper alienum se fuisse profiteatur, cum non dissimu-

averit se scire aliorum peccata, neque ad illa commiserit, et impune abire passus sit, neque siluerit cum reprehensione severoque edicto impudens sceleratorum hominum improbitas coerceri deberet; neque tandem quiverit, donec aut peccatum aut peccatores de terra exterminaret.

Chaldeus cum Vulgato hæc per interrogacionem offerens sensu prorsus alio versum humo exponit, et *κατακλιθεὶς* interpretatur hoc modo, *nonne quiesci? et nonne pacatus fui in nuntio de bobus et asinis? et nonne tranquillus fui in nuntio de incendio ovium? et nonne sedatus fui de nuntio camelorum? et venit indignatio per nuntium de filiis?* ubi dissimulatio et silentium illud, cujus Vulgato versio meminit, ex Chaldei sententia refertur ad eam animi tranquillitatem, qua Job fortunarum suarum iacturam absque querimonia pertulit. Quod autem illa verba postrema: « Venit super me indignatio, » ad mortem filiorum referat, merito improbat Stunica et Pineda noster, quod potius hæc ad acerbissimam illam calamitatem, quam in corpore ipse suo a diabolo percussus sustinuit, referenda videntur: ita nimirum ut prima pars versiculi: « Nonne dissimulavi? nonne silui? nonne quievi? » ad calamitates illas quatuor, quibus patientia eius primum tentata fuit, referatur, q. d. Omnium plane facultatum mearum et possessionum amplissimarum, quin et pignorum insuper charissimorum iacturam et luctuosissimum interitum patienter atque æquo animo tuli; *dissimulavi*, nullum indignantis animi signum edens; *silui*, nullum querulosum verbum proferens; *quievi*, nihil omnino reluctans; sed divine in omnibus voluntati me accomodavi, et æque sereno ac tranquillo animo de manu Domini mala sustinui quam bona susceperam: cumque hæc ratione sperarem mihi Deum fore proptitium atque benevolum, e diverso expertus sum durum, non quasi muneratorem recte factorum, sed quasi scelerum censorem ac vindicem. Hoc enim sibi volunt illa verba ultima: *Et venit super me indignatio*, id est affectus animi indignantis et irascentis, quales sunt plæge et ærumne quas Job patiebatur. Porro extrema hæc verba notat Sanctus noster occasionem et materiam præbuisse longe illi disputationi, quam amicus cum Job sequenti capite auspicatur.

CAPUT QUARTUM

SYNOPSIS CAPITIS.

Eliphaz rupto tandem silentio viam aperit longæ disputationi, Jobum arguens impatiëntiæ, et supponens neminem unquam justum perisise, nec impium impune tulisse scelus suum, conatur illi persuadere quod propter peccata sua tantas ærumnas sustineat; quandoquidem nemo sit adeo justus, in quo Deus non reperiat aliquam pravitatem, quam merito punit, si summo jure agat.

1. Respondens autem Eliphaz Themanites, dixit: 2. Si cæperimus loqui tibi, forsitan moleste accipies: sed conceptum sermonem tenere quis poterit? 3. Ecce docuisti multos, et manus lassas roborasti. 4. Vacillantes confirmaverunt sermones tui, et genua tremantia confortasti. 5. Nunc autem venit super te plaga, et defecisti: tetigit te, et conturbatus es. 6. Ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, et perfectio viarum tuarum? 7. Recordare obsecro te, quis unquam innocens perii? aut quando recti delati sunt? 8. Quia potius vidi eos, qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos, 9. Plante Deo perisse, et spiritu iræ ejus esse consumptos. 10. Rugitus leonis, et vox leonæ, et dentes catulorum leonum contriti sunt. 11. Tigris perii, eo quod non haberet prædam: et catuli leonis dissipati sunt. 12. Porro ad me dictum est verbum absconditum, et quasi furtive suscepit auris mea venas susurri ejus. 13. In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines. 14. Pavor tenuit me, et tremor, et omnia ossa mea perterrita sunt. 15. Et cum spiritus me præsentem transiret, inhorruerunt pilæ carnis meæ. 16. Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis, et vocem quasi auræ lenis audivi. 17. Numquid homo, Dei comparatione justificabitur, aut factore suo prior erit vir? 18. Ecce qui serviunt ei, non sunt stabiles, et in angelis suis reperit pravitatem. 19. Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut a linea? 20. De mane usque ad vesperam succidentur: et quia nullus intelligit, in æternum peribunt. 21. Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, et non in sapientia.

Vers. 1.
Amici
Job fore
vere
sapientes
et
pietatisque
collores;

1. RESPONDENS AUTEM ELIPHAZ THEMANITES DIXIT: — Disputat hic Pineda noster, utrum Eliphaz ceterique amici Job, quibuscum ei tam longa fuit disputatio, vere sapientes fuerint, ac religionis pietatisque collores; et concludit affirmative, quoniam eorum sermones vere doctissimi atque omni eruditionis genere referti id lævulenter declarant; quos jure merito plurimi faciendos esse ipsiusmet S. Pauli auctoritate confirmatur, qui I Cor. iii, 19, Eliphazi testimonio utilis ad doctrinam suam admirabilem ac plane theologam comprobendam dicens: « Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum, » quam sententiam Eliphaz protulit cap. seq. vers. 13. Quare de illorum probitate, sapientia et eruditione minime dubitandum; quandoquidem S. Job, viro integerrimo, sapientissimo eruditissimoque us. fuerint familiariter, cujus amicis passim in Scriptura nominantur; pares autem

cum paribus, ut in proverbio est, plerumque congregantur et conversantur; nec vera sine virtutis amicitia conglutinari potest; sed nec viro probro cum iniquis esse potest amicitia. Adde quod Eliphaz hoc, et cum eo simul socii postremo capite, divino alloquio atque appositione digni sint habiti: nec refert ipsos a Deo fuisse reprehensos, quod amici sui consolationem imprudenter tractassent, ad oque peccassent: nam ab ipsomet Numine edocti, ab errore liberati, et in gratiam recepti fuerunt: quare haudquaquam idcirco penitus rejicienti sunt, cum et complures alii prophete et *ἁγιοὶ*, quorum libri et oracula in Scripture canonibus relata sunt, graviora longe crimina commiserint, et acerbiorum meruerint atque tulerint reprehensionem, etiam ipsismet Moyses et David, sacrorum scriptorum primipili.

Horum proco amicorum error in eo potissimum versari videtur, quod cum S. Job de probrorum virorum et iniquorum differentis disputantes ve-

Quis fuerit error amicorum Job.

riissimas quidem instituant propositiones, sed assumptiones plerumque falsas ac temerarias subinferant, in quibus turpissime hallucinantur: nihil enim de toto genere bonorum et malorum edisserunt, quod non doctissime sapientissimeque loquantur; imprudenter tamen S. Jobum iniquitatis arguebant, qua in re non adeo mirum est ipsos fuisse deceptos: nam cum pœna natura sua propter culpam instituta sint, et intelligi soleant, communis hominum fert opinio, ut eum culpæ alicujus reum putent, quem pœnas pendere videant, adeo ut *Isai. LIII, 12*, vel ipsemet Christus infinita bonitate præditus, quod in crucem suffixus carneretur, « cum sceleratis reputatus sit; » hinc barbari quoque videntes viperam a manu Pauli pendentem dicebant ipsum homicidam esse, quod ultio non sineret eum vivere, ut in *Act. XXVIII, 4* narratur: quare mirum non est Jobi amicos de ipsius probitate addubitasse, ubi eum fortunis omnibus spoliatum et tam exquisitis tormentis a diabolo excruciatum carerent. Licet ergo D. Gregorius et quidam alii dicant illos gessisse tyrum hæreticorum, nefas tamen sit existimare ipsos vere hæreticos fuisse: nam tunc necdum Jobi sanctitas tam manifeste Dei testimonio fuerat comprobata, ut eam religiose credere tenerentur; neque vero etiam S. Paulus, si hæretici fuissent, eorum testimonio uti voluisset ad doctrinam suam theologiam confirmandam: quamobrem tantum criminis labe aspergi nullo modo possunt, cum nulla eorum hæresis in medium proferri possit (A). Ceterum quid Eliphaz suo socioiurque nomine prefatus sit attendamus.

Vers. 2.

2. SI COEPERIMUS LOQUI TIBI, FORSITAN MOLESTE ACCIPIS : SED CONCEPTUM SERMONEM TENERE QVIS POTERIT? — Septuaginta reddunt, *ἡ ἀκούσιος οὐκ ἐλάτρωται ἐν κρίσει*; *ἰσχυρὸν δὲ ἵπκωτον οὐ τὴν βλάβην, non sepe tibi sermo est habitus in molestia? Pondus autem verborum tuorum quis sustinebit?* id ita exponit Olympiodorus, q. d. Nosti, optime Job, nos molesta tibi loqui, aut que ad iram incitarent proferre nunquam solitos; nunc vero quoniam verborum tuorum asperitatem conoquere minime valemus, cogimur (quod pœce tua liceat) iis aliquid opponere. Theodotus vertit, *ἡ ἀκούσιος λαλῶσα ἀναστὰς οὐκ ἐλατρωται, si aggressi fuerint loqui tecum defugiaberis*; Symmachus, *ὁὐκ ἐλάτρωται λέγων κτίσθησι, si assumperimus sermonem a reo ferens*. Hæc Eliphaz tanquam dignior, senior et sapientior ceterorum omnium communi nomine præfatus est, q. d. Ne sit tibi molestum, o amice Job, si querimoniis tuis sane gravissimis respondere aliquid incipiamus, ea etenim que locutus es tam copio-

Eliphaz
thorum
nomine
respondet
Jobi
bicus,
si assumperimus sermonem a reo ferens. Hæc Eliphaz tanquam dignior, senior et sapientior ceterorum omnium communi nomine præfatus est, q. d. Ne sit tibi molestum, o amice Job, si querimoniis tuis sane gravissimis respondere aliquid incipiamus, ea etenim que locutus es tam copio-

(1) Certe hæc immerito addendum, eos minime Jobum tam acriter arguturos fuisse, et cum eo contra maxima indignitatem, admiratione, quin etiam veneratione acturos, si concilio celesti cujus primo secundoque capite hujus libri prospectus expanditur, interfuisset, penitusque non ignorasset Dei erga servum suum agentis rationem.

sam tamque justam nobis dicendi quidpiam tibi- que respondendi ansam et materiam præbent, ut plurima eaque maximi momenti argumenta, quæ iis opponamus, in promptu sint, et quasi suapte nutu (quod premi diutius nequeant) ex ore primo erumpere gestiant. Ubi notanda est elegans metaphora a parturientis utero desumpta, sicut enim fetus, qui dudum latuit in utero, ubi jam maturus est partui, tener ultra non potest, quin vel ipso genitricis alvo disrupto erumpat: sic etiam sermo, qui fetus quidam mentis est, postquam animo conceptus et in mentis utero plene formatus fuerit, ubi se jam maturitas, id est loquendi opportunitas obtulerit, contineri vix potest, quin raptus silentii repagulis sponte quodammodo per os foras erumpat. Unde hæc sententia: « Conceptum sermonem tenere quis poterit? » jam in proverbium abiit, ad significandum, quam difficilis sit lingue, membri maxime lubrici, continentia; unde pythagoræ, et Jamblicus in *Vita Pythagor.* cap. XXXI, tradit, non sine ratione dixerunt: Coercere linguam atque moderari, πόντον ἐκπαυστικὸν γελῶπόροτον, id est onanum que ad frmandos animum impetus atque domandos pertinent esse difficillimum. Est enim tam potens lingue ille pruritus impolens, ut nulli pestem ante oculos positam, quam silento vitare potuissent, loquendo admittant, atque in sinum recipient; unde eleganter Plinius lib. XIV, cap. XXII: « Morifera, inquit, loquantur, rediturasque per jugulum voces non continent: » vox nimirum temere emissa per fauces redit per jugulum inimica manu perfossum ad ulciscendam inconsiderati sermonis injuriam. Ex quo patet quam difficile sit silere, quam item facile sit sermone diffluere.

Artificiose proorsus Eliphaz usus est istiusmodi prefatione, cum ut Jobi animum ad ea que dicitur erat benevole accipienda disposeret; tum ut verbis suis majorem vim ac pondus adderet. Tunc autem potissimum talia usurpari solent præluia quando aliquem offendere timeamus, vel ne fastidio sumus ei quem reveremur: sicut Abraham ad Deum humiliter prefatus Gen. xviii, 30 et 31: « Ne quæso indignus, Domine, si loquar, » et iterum: « Quia semel cepi, loquar ad Dominum meum; » aut cum aliquem nobis superiorem ac digniorem corrigere volumus, id quod videtur Eliphaz hic potissimum inlendere: sic illa mulier Theoclitus pluries jam regem allocuta, *1 Reg. xiv, 12*: « Loquatur, inquit, ancilla ad Dominum meum regem verbum. » Simile est illud Telemachi ad Antinoum *1 Odys.*:

Ἄντινω ἔμπε μοι καὶ ἀγάσσαι, ἕρην καὶ εὐνομίαν Ἀντινω, an michi irascaris, si quid dixerō?

Istiusmodi formulæ præfandi tam sacris quam profanis auctoribus satis usitate sunt et obvia, atque inter honestos etiamnum quotidiano usu frequentantur, præsertim quando ad proceres aut

Sermone
et lingua
difficili
contingit.

Medus
Præfationi
qualis
esse so-
leat.

Tres amice a demone contra Jobum investigati. primores nobis sermo est. Hic obiter observandum (id quod Sanctio nostro persuasum fuit, neque aliis improbabili videtur) hosce tres amicos consolationibus specie et humanitatis, quam inter se arctius colere consueverunt, aut inductos a demone, aut, si sua ipsi sponte hoc officium obire statuisset, instructos fuisse, quibus Jobum verbis exciperent et aggredirentur, ut scilicet per illos id tandem consequeretur, quod aliis machinis atque tormentis extorquere minime poterat. Ceterum quam callido artificio veterator ille pessimus rem hanc totam adornarit ex sequenti- bus liquido patebit.

Vers. 3.

3. ECCE DOCUISTI MULTOS, ET MANUS LASSAS ROBO- RASTI. — A Jobi laudibus exorditur, ut tanto gravius ipsum inde postmodum perstringat: acrior enim illum mordet reprehensio, quem suavior antea laudatio lullaverat, sicut infeliciox est lapsus qui ex altiori specula contingit, turpior culpa quam gloria antecedit; hinc Scriptura sacra quos vult acerbius perstringere, eosdem prius laudare consuevit, ut a dignitate personæ facti indignitas magis denotetur, quod paucis non abs re fuerit exemplis illustrare. Mirum profecto est in quanta supremi angeli enormia divinum oraculum excurrat *Ezech. xxviii, 12*: « Tu, inquit, signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore: in deliciis paradisi Dei fuisti, omnis lapis pretiosus operimentum tuum, etc.: sed cur tam multas laudes præmittit ejus de quo postea dicitur est *ibid.* vers. 16: « Peccasti, et ejeti te de monte Dei? » D. Hieronymus ad eum locum respondet, ut major de pœna dolor consequatur: « Commonetur, inquit, quid fuerit, ut deoleat se perdidisse quod habuit. » Similiter Jacob filium suum Ruben ob peccatum incestus, quod patrarat, reprehensurus præmittit ejus laudes dicens Gen. xlix, 3: « Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea et principium doloris mei, prior in donis, major in imperio, etc.: quorsum tanta ejus commendatio, cui statim tanta vituperatio et maledictio impingenda erat? Respondet egregie Origenes hom. 17 in *Genes.* dicens: « quod in initiis laudis ei aliquid videtur adscribere idcirco fit, ut gravius notetur in crimine, qui cum virtus patris haberetur et initium filiorum, nescivit servare reverentiam patri. » Similis est omnino illa locutio apud Jeremiam dicentem *Thren. iv, 2*: « Filii Sion inelcti, et amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea? » ubi filios Sion, id est Ecclesiam, prius *incolytos, et amictos auro primo*, hoc est omni virtutis ac doctrine genere præcæl- lentes appellat, et postmodum in vasa testea conversos ait, hoc est in abjectissima vitia precipitatos, ut quod magis præteritam eorum sanctitatem decantaverat, eo magis præsentem quoque illo- rum nequitiam lamentaretur.

Ruben
gravis
notetur
gravis
rubra-
tar.

Pœnter-
tam sanc-
tiam
præsen-
tia
vitia
turpis
decepto-
trati.

Jobi re-
prehen-

Hæc igitur eadem arte in Jobi arguendo usus fuit Eliphaz Themanites, nam inprimis a Jobi

laudibus exorditur dicens cap. iv, 6: « Ecce do- cuisti multos, » etc., postea vero in probra et contumelias desumptum quando rogat: « Ubi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua? » etc., q. d. Docuisti quidem patientiam, sed de patientia decidisti: virtutes, quibus aliorum animos exornasti, a tuo procul abiecasti: ubi Lyranus: « Ut ostendat, inquit, impatientiam Jobi esse turpiorem, primo inducit præcedentem ejus de patientia doctrinam: nam turpe est doctori cum culpa redargui ipsum. » Quamobrem tradunt Ecclesiam luminis S. Patres ecclesiasticorumnoxas longe majores atque foediores quam aliorum esse putandas: est enim mystagogie probrum ignominiaque non ferenda, si quando Ecclesie magistri, qui lux mundi et virtutum omnium exempla esse debuissent, reperiantur in operibus suis caliginosi et tenebrios, quorum vita fœda sit, mores sordes, et exemplum aliis scandalum et præcipitium: qui unquam Cassiodori sapientissimi viri monitum accipient lib. *I Var. Epist.* epist. 18, ita scribens: « Non licet ei delinquere qui alios creditur sub æquitate regula continere; ne fiat exemplum pravum, qui electus ad laudabile cognoscitur institutum. » Hinc crimen, quod a sacerdote admittitur, universe multitudinis scelus exsequere S. Chrysostomus in *Psalm. vi et lib. *VI De Sacerd.* cap. xi*, alique Patres affirmant, et acute colligunt e *Levit. iv*, ubi Deus de peccatis carereonicis que Judoorum legem fo-rens, tantum sacrificium pro solo sacerdote quantum pro universo populo indicit, elusio rei rationem idoneam reddit Isidorus Pelusiota lib. II, epist. 121, et lib. III, epist. 15: *Ὁδὲ τῶν ἐπιτο καὶν ἀμαρτανῶν καὶ ἱερεῶν: ὅσοι γὰρ τὰς ἡμετέρας προφητείας καὶ τὸ ἄρρητον, non idem est laicum peccare quod sacerdotem: quanto enim hic honoribus alios antecellit, tanto quoque ipsius peccatum gravius efficitur: in formos nimirum peccator neque omnis animadvertitur ærius, et displicet magis, et, ut eleganter aiebat S. Gregorius Nazianzenus *Orat. 31, ἐπιτόκα λατρεία, et ἁπλοῦς παρασκευασία, splendida vestis manifestiores sunt macula etque sordes: ita etiam quoque dignitate sublimior est, eo ipso deformior evadit, ac Deo hominibusque ingratior, si sordibus vitiorum conspiciatur. Id quod discite simul et docet Salvianus lib. IV, aureis hisce sententiis exornat: « Atrocis, inquit, sub sancti nominis professione peccamus: tibi sublimior est prerogativa, major est culpa, ipsa enim errores nostros religio quam profiteremur accusat: criminosior est impudicitia qui promiseris castitalem; foedius inebriarius sobrietatem fronte prætendens. Sic ille.**

Ugitor Eliphaz Jobam solidius et irrefragabilius confutaret, primum adfert argumentum, non ab alterius cujuspiam auctoritate, sed ex ipsiusmet Jobi doctrina petitum, cap. xxx, vers. 21: « Ecce docuisti multos, » prout Jobus de semetipso profletur dicens « Qui me audiebant expe-

stomem.
Et lux
a laudi-
bus exor-
ditur.

Pecca-
tum ec-
clesiasi-
corum
gravius
est quam
aliorum.

Quanto
quis dig-
nior talio
foedius
in eo cri-
men ap-
paret.

Eliphaz
conatur
Jobum
proprie
suo argu-
mento con-
vincere.

labant sententiam, et intenti facebant ad consilium meum : verbis meis addebat nihil audent; » item ibid. vers. 15 : « Oculis tui caeco et pes claudus, » etc. huc nimirum respiciens Eliphaz propriis (ut in proverbio est) Jobum telis confingere nititur, et doctrinae ipsam suam praevra-ricatore ostendens, utpote qui dum opibus flo- reret solitus sit alios ad tolerantiam instruere, et compositis apte rationibus confirmare; nunc vero ipsemet aeterna tactus animo concidisset, ve- ramque patientiae disciplinam, cujus se doctorem profitebatur, repulisset : Ecce, inquit, cum pro- sperare tibi cuncta ex voto succederent, gravi ma- gisterio alios erudiebas, pusillanimis consilio tuo erigebas, nutantes stabiliebas et plurimis opem ac salutem adferebas; jam vero calamitate pres- sus doctrina ipse tua non uteris, et cum aliis profueris negligis temetipsum : non est prudens et cordati doctoris alius duntaxat sapere, et sibi ipsi non consulere aut prodesse, nam, ut Sapiens ait *Eccli. xvj, 3* : « Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? » Hinc est quod Iudeum quoque Paulus simili fere modo reprehendat *Rom. ii, 20* : « Confidis, inquit, teipsum esse duccem caecorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiae et veritatis in lege : qui ergo alium doceas teipsum non doces, » quasi nimirum haec extrema sit iniquitas atque dementia, cum quis bona agnoscentis et docens in mala dilabitur. Isiusmodi ergo iniquitatis atque dementiae Jobum insinulat atque arguit Eliphaz Themanas, utpote cujus, ut ipse perperam judicabat, doc- trinae a vita, lingua a manu, sermones a moribus, toto, ut dicitur, caelo discrepant, et cum bene ac recte alios docuisset, pessime ipsemet desiperet. Quod autem addit : « El manus lassas robo- rasti, » id est eos qui labore, torpore, morbo vel adversa fortuna fracti tardius ac remissius quam par erat officio suo fungebantur, excitatis, ani- masti confirmasti; prout seq. vers. laius expli- catur.

4. VACILLANTES CONFIRMAYERUNT SERMOES TUI, ET GENUA TREMENTIA CONFORTASTI. — Boni pastoris ac medici spiritalis munia recenset, quae summo studio et diligentia S. Jobum obvisse constat, et in pastoribus Israel Dominus maxime requirebat, et defuisse graviter conqueritur dicens *Ezech. cap. xxxiv, 4* : « Quod infernum fuit non consolida- stis, quod aegrotum non sanastis, quod con- fractum est non alligastis et quod abjectum est non reduxistis, et quod perierat non quaesistis. » Haec itaque cum ex parte versus atque excellen- ter S. Jobus praestiterit, si figurale specimen vir- tutis reliquit regibus et principibus, quorum ple- rima magno errore capti existimant haec ad se nullatenus pertinere, cum tamen eo carere orna- mento sine scelere infamiae non possint; quan- doquidem nemo bonus sapiensque sit princeps, qui non idem sit huiusmodi medicinae peritus ;

Vers. 4. S. Job peritus erat au- gmentum medicus.

Omnia bonis principis debet esse peritia vici- tiana spiritua- lia.

*Ὁμοῦ γὰρ ἴσῳ λατρεῖ, οὐδὲν ἴσῳ ἄρχου, πῶλλον δὲ καὶ ἱατροῦ πῶλον; quod enim est medicus, hoc est princeps, vel potius plus quam medicus, ait divine S. Chry- stostomus in *Psalm. cxii*, quibus verbis ostendit non medicorem ejus artificii cognitionem in prin- cipibus, praesertim ecclesiasticis, requiri, sed ex- cepisse et perfectam; id quod hujus artis perit- issimus summusque theologus S. Gregorius Na- zianzenus eximio intelligebat, cujus haec de re oraculum plenum sapientiae ab omnibus Ecclesiae praesulibus et pastoribus excipi meretur, ut mu- neris sui partem a tanto praesule intelligant : sic enim habet *Orat. 1* : Ἡσὺι; ὑπαντία; ἑραστῆρα καὶ ἀνεστῆρὶ ὁμοῦ τῶν ἰσῶν ἡγορηθῆκα; divinae animarum medicinae nos ministri et adiutores sumus quicumque aliis praesidemus; et paulo post ait sacerorum ho- minum esse proprium ἰσῶν θῆσθαι καὶ ἀνακαθίσειν ἰσῶν τῶν ἰσῶν, aliorum morbos curare ac scite repa- rare posse.*

Hicce similia vide apud S. Augustinum *homil. 42 ex 50*, et apud Clementem Alexandrinum *lib. VII Strom.* et omnium fusissime S. Chryostomum in *lib. De Sacerd.* Illorum igitur manus est, mo- hos in primis spiritalibus eorumque causas et principia exacte nosse, ac deinde apta culibet infirmitati remedia prescribere et adhibere, nec in aegritudine quantumvis magna et difficili salu- tem facile desperare, sed in spem contra spem enili, morbi magnitudinem artificio superare, caleum obstinati animi frangere, orexin appeti- tionum sedare, inimis et pectoribus peccatorum pus educere, exorescentem avaritiam hydropem sapientia diata coerere, commalaxare partem il- lam que cupiditalibus rigere solet, ingientem animam revocare : eorum est cum divo Joanne collyrio inungere, fovere oleo et malagmate cum Ezechiele, cum Isaia vate passillos adhibere, cum servatore Iesu ἰσῶν, sanare, aliaque omnia prestare, quae Scribanius noster in suo *Med. Belg.* fuse ac pulchre prescribit. In hoc igitur clarissimum principum et Ecclesiae praesulum virtus eluceat, et curionum, qui curam habent aliorum, desudet industria, ut cum S. Jobo ve- getos omnium animos efficiant et valentes, noxia expurgent, debilia corroborent atque confir- ment. Ceterum ubi Eliphaz Jobi in aliorum in- firmitatibus curandis peritiam commendat, ipsi false et acerbe improperat, quod sibi metipsi il- lam quam aliis fecerat medicinam non adhibuis- set, tantum non obiciens illi tritum illud, quod Christus in evangelio *Luc. iv, 23*, citat proverbium : « Medice cura teipsum, » id quod se- quentia tacite quidem, sed haud obscure insinu- ant, cum ait :

5. NUNC AUTEM VENIT SUPER TE PLAGA, ET DEFE- CISTI : TETIGIT TE, ET CONTURBATUS ES. — Arguit Jobum impatientiae et defectionis in tempore ad- versitatis, qui dum prospera fortuna uteretur illis calamitate quampiam oppressis et patientiae documenta et constantiae consilia longe saluber-

Vers. 5. Amici Job per- peram putant ipsam se desper-

rima suppeditaverat, juxta tritum illud Comici : « Omnes cum valentis recta consilia aegrotis da- mus, hic si sis aliter sentias. » Ha praedare qui- dem philosopharetur Eliphaz, si cum innumeri- bus viris prospere in speciem piis, adversitate im- piis ageret (nihil enim familiarius quam in se- cunda fortuna sententias piis, consilia sana ver- bis elegantur concinnatis efferre, cum plane con- stiel huiusmodi praepceptores et consiliarios ad- versis casibus nihilominus dementari); at haec reprehensio in Jobum, virum constantissimum, de adversis aeque ac prosperis, uti superius luon- lenter demonstratum est, Deo gratias agentem minime quadrat. Quamobrem ista Eliphazi ratio- cinatio, qua velle videtur concludere Jobum diei natalivis suae maledicendo graviter deliquisse, haudquaquam solido aut vero, sed futili et erro- neo nititur fundamento, scilicet opinione seu suspicione prorsus temeraria et falsa, qua sibi per- suadebat Jobum ex animi imbecillitate ac de- speratione in istiusmodi querimonias ac lamenta proripuisse; cum, ut capite praecedenti declara- vimus, nihil mollier at effeminatè, nihil per- turbate aut desperate a Jobo vel dictum vel lac- tum sit; sed omnia fortiter et generose, mature ac prudenter, sanete et pie dixerit et gesserit, quaeque dixit et gessit. Falso igitur Jobum sub plaga defecisse criminatur, qui ipsiusmet Dei testimonio velut aurum igne probatum multo inde splendidior et gloriosior evasit.

Quod autem dicit conturbatus es ita quidem ad verbum est in Hebreo; doctissime tamen trans- ferunt Septuaginta interpretes ἀποσθῆσαι, id est festinasti, quod proprium est ejus qui de sua salute desperat, nec magno animo, sed impatienter casus suos tolerat; et ob eam rem monet Ec- clesiasticus *cap. ii, 2* : « Ne festines in tempore obductionis, » sive ut in Graeco est, ἐν κεντρῶ ἡμῶν, in tempore illationis, scilicet penarum et calamitatum. Ille autem tunc festinat, qui nisi pro voto statim liberetur, aut auxilium adsit, spem illuc et fiduciam abijcit, et in querelas ac blasphemias erumpit; contra vero ille minime festinat, qui in maxima calamitate et in summa rerum atque humane opis desperatione viriliter agit, et sustinet Dominum, id est forem, se et magnanimum praestat, Dei semper opem sperando, in quo solo totam suam spem et fiduciam collocat. Porro quam exitiosa sit nimia precipi- tantia abunde significat David *Psalm. cv, 43*, ubi ostendit eam fuisse causam idololatriae : vide si lubet que ad istum locum tom. II in *Psalm.* an- notavimus. Eliphaz itaque Jobo hic improperat animi impatientiam, et nimiam in die natalivis suae aegrotationis precipitantiam, et in morte exop- tanda festinationem ac desperationem; exinde arguens ipsum fictæ et fucatae sanctitatis, quae in adversitate, qua velut aurum in fornace pro- bari debebat, penitus defecisset : quamobrem documentum aliquod et experimentum a Jobo

exigit virtutum illarum, quas de ipso jam pridem fama celebraverat, dicens :

6. UBI EST TIMOR TUUS, FORTITUDO TEA, PATIENTIA TUA, ET PERFECTIO VIRUM TUARUM? — Requirit hic Eliphaz in Jobo virtutes illas prorsus eximias, a quibus ipsum maxime commendari intellexerat; sed diabolica, ut opinor, persuasione delusus a nullum penitus earumdem vestigium deprehen- debat, quin potius ex iis quae cernebat et audie- bat contraria omnia ipsinesse vitia suspicabat, minime capiens, quomodo virtutes istiusmodi per se prorsus eximiae ac singulares cum abominan- da illa (ut ipsi quidem videbatur) diei natalis execratione, quam praeced cap. ex impietate Jobi ore perceptorat, consistere potuissent : quam- obrem ipsum anlea virtutis duntaxat laus va et ina- nitem umbram ad decipiendos homines assump- sisse, et non re ipsa veram virtutem ac sanctimo- niam coluisse existimabat. In primis itaque requirit in Jobo vere virtutis ac salutis fundamentum, quod ignoranter ei deesse putabat, timorem, in- quam, Domini, sine quo ceterarum structura vir- tutum minime surgit, et celestis edificii moles non stat, utpote cui omnes actiones inelctae ac Deo dignae innitantur, et superadficentur necesse est; quemadmodum sapienter Fortunatus in *Vita S. Hilari. ad Pascent. episcopum* : « Culmen, in- quit, fabricæ celestis continuare festinas non sine timore divino : » sciebat enim, nisi illud timoris casti fundamentum solide jecisset, pulcherrimam omnem structuram, clarissimis virtutibus ut mar- morum varietate nobillem, auro et argento ra- diantem pessum ruituram. Quam ob causam S. Gregorius Nyssenus tract. II in *Psalm. cap. viij*, timorem Domini jure merito vocat ἐπικαρτερον τῶν ἀρετῶν, id est honorum custodiam, ἀρετῶν τῶν ἀρε- τῶν, virtutum arcem et donorum celestium mu- nimentum : quo item sensu S. Hieronymus in *epist. ad Fuliolam* de 40 mans. : « Timor, in- quit, virtutum custos est; » S. Bernardus *Epist. 87* eandem ob causam significat timorem hunc sanctum esse matrem virtutum sedulamque nu- tritricem, cum monet et timore pio et fructuoso oriri, et ab eodem nutritri humilitatem, mansuetuden- tiam, patientiam, longanimitatem, etc. Quapro- pter etiam S. Basilius in *Psalm. xxxii*, ut timorem hunc ait ἐπικαρτερον τῶν ἀρετῶν, id est hominem apte formare, decentissime componere, et exquisita quadam ratione in omnibus concinnum reddere, ut nihil sit quod in vita moribusque dedecat, aut quod Dei filio probò ac reverendo non conveniat; unde ipsum alio loco in *Psalm. xxxvii*, ap- pellat ἀγαθῶν ποσειδῶν, ἠγίσην sanctitatis, quo titulo nihil potest dici augustius ad eximiam com- mendationem. Hunc igitur timorem sanctum cum in Jobo Eliphaz desiderat, aut abesse putat, om- nem ipsi vere sanctitatis laudem derogat.

Secundo, requirit in Jobo fortitudinem, vel, ut in Hebreo est, et Septuaginta transferunt, spem, quam nimirum roborat, et fortiem reddit animum,

Vers. 6. Eliphaz requirit in Jobo virtutes, a quibus ipsum Jobum dicitur audire-

Timor Dei fan- dasum non sit laus, car?

Custos virtu- tum:

Mater nutri- trix:

Infer- mat ho- mines et ad sanc- titatem:

et in adversis potissimum confirmat; pulchre autem fortitudinem cum timore conjunxit, quoniam, ut ait Sapiens Prov. xiv, 26, « in timore Domini fiducia fortitudinis; unde Chaldaeus paraphrastes hunc Jobi versum scilicet interpretat, *nonne timor tuus erat spes tua?* ac si Eliphaz Jobum his verbis argueret mercenariae virtutis, qua Deum colisset et observasset, eo duntaxat sine ut ab illo terrenas opes atque divitias impetraret; quibus cum jam spoliatus esset, nihilque amplius a Deo speraret, aut expectaret, omnem repente pietatem exisset, atque in blasphemata verba prorupisset, timore Domini cultuque Numinis profligato. Sed alii Hebraeis longe magis placet contraria hujus loci expositio, ac si Eliphaz diceret: Nihil est, o Job, quod animo respondeas aut abiectionis facultatibus omnibus spoliatus, et bona valetudine privatus: quia in hisce rebus caducis et transitoriis spes ac rationes tuas Numinis collocaveras, sed in Dei timore cultuque Numinis venerando tota erat spes tua et fortitudo tua, eoque tanta viarum tuarum perfectio spectabat. Quae sane lenior est sententia, et ad Jobi in afflictione summa constituti dolorem aliquid relevandum accommodatior, nec Eliphazum tante redarguit acerbitatis; utramque tamen Sueticia censet probabilem et aptam hebraeo textui expositionem; sed Septuaginta interpretum illi difficultis videtur interpretatio, eo quod hebraeo כסלח *chislah* non semper aut fortitudinem, aut asseverationem, id est stultitiam, transferant; et כסלח *tom* non perfectionem, sed xxxiii, hoc est *malitiam*, interpretentur; versum autem totum ita vertunt, *nonne timor tuus est in stultitia?* et spes tua et iniquitas via tua? ubi unus codex in Annot. Sixt. edit. pro *stultitia* habere *innocentiam*, Aquila vero posteriorem hujus versiculi partem reddidit hoc modo, *nonne timor tuus est in stultitia?* et spes tua et simplicitas viarum tuarum; S. Augustinus denique Septuaginta fere et Aquilam secutus veritatem, *nonne timor tuus stultus est, et spes tua et simplicitas viae tuae quasi stultitia?*

Verum enim vero cum vox hebraea כסלח *chislah* significat quod stultitiam, omnes iste versiones cum hebraeo textu et inter se haud difficulter conciliari possunt, si illas hoc modo explices, ac si Eliphaz ad Jobum dicat: Numquid, o Job, cum ita desperate loqueris, manifeste significas omnino stultum, simulatum et evanidum fuisse timorem illum, quo antea divinum Numen colere ac revereri videbaris? nam si prudens, verus ac solidus fuisset, haud minus in adversa quam in prospera fortuna eluxisset, sed semper sibi similis extitisset, atque a verbis te tam impudens cohibuisset: numquid item spem tuam minus rectam fuisse prodis, quae vias tuas iniquas fecerit, et quae mercenarium potius et humanarum rerum amorem quam verum Dei cultorem constituat, dum tempore calamitatis (quo vel ma-

xime, si vera fuisset, vim suam exerere debuisset) tam turpiter in desperationem versu degeneravit? Quo sensu dictae versiones expositae satis bene, ut patet, cum hebraeo textu consentiunt, nec earum sententia quoque a latina nostra interpretatione admodum dissentit. Superest duntaxat difficultas ratione vocis כסלח *tom*, quam Septuaginta xxxiii interpretantur, quae similiter tollitur, si per antiphrasim exponatur, *sc. d. Stultitia* erat illa viarum tuarum perfectio, quae scilicet aliis quidem talis apparebat, sed revera erat iniquitas palliata, quippe quae pecuniam potius et quæsum quam pietatem redoleret atque spectaret. Plane tamen convenienti si *innocentia* legatur, ut habet alia lectio, vel *innocentia*, prout Aquila transiit: *innocentia* enim et *simplicitas* nomine perfectionem in Scripturis passim significari demonstravimus *supr.* cap. 1, 2. Cum itaque Eliphaz audiret Jobum tam acerba dei suae maledictione diuturnum illud quod haecenus tenuerat silentium abruptum, existimabat ipsum pristinam suam constantiam et virile animi robur ac fortitudinem penitus amisisse, et reliquam spem salutis omnem abiecit: quae ejus opinio haud ita temeraria vel insolens videri debet, quandoquidem ipsemet Dominus apud Isaiam silentium ponat fortitudinis argumentum dicens *Isai.* cap. xxx, 13: « In silentio et spe erit fortitudo vestra. » Quare cum Job non solummodo silentium abruptisset, sed insuper in maledicta, ut ipse perperam interpretabatur, impia erupisset, et omnino judicabat Jobum tentatione victum, spem in Deum anchoram animae sacrosantam, et cum ea constantiam omnem perdidisse atque abruptisset; unde consequenter

Tertio, requirit in Jobo *patientiam*, cujus potissimum laude celebris habebatur, quae cum istiusmodi natalis sui execrationibus, turbati et indignantis animi non obscuris (ut quidem Eliphaz interpretabatur) indicis, consistere nullo modo posse videbatur: « Qui enim (inquit S. Bernardus lib. II *De Consid.*) perturbationi suae minime resistunt, etiam si quae fuerant a se tranquilla mente bene gesta confundunt, et improvise impulsu destruant quidquid forsitan diu labore provido construxerunt. » Quare cum Jobum Eliphaz in calamitate sua querelis acerbissimis ex animi impotentia et perturbatione frenata laxasse, nec non semetipsum natalemque suum diris ac morti devotissime audivisset, omnem illam prestantissimam, quem in prosperis maxima cum omnium laude atque admiratione sibi comparasse visus fuerat, virtutum apparatus et instructum unico indignantis et impatientis animi impulsu destruxisse ac penitus dissipasse existimabat; adeoque minime veram, sed falsam et simulatam fuisse omnem illam patientiam, cujus tanta passim laude clauerat. Quoniam, ut loco paulo ante citato idem mellifluus Doctor ait: « Nunquam est virtus patientiam in prosperis; ille vero patiens est qui ad-

Eliphaz
requirit
in Jobo
patientiam.

versis conteritur, et tamen a tramite suae rectitudinis non curvatur: » gaudet enim patientia duris, quae proinde tam similis est fortitudini, ut cum ea vel ex ea nata videri possit, et una deficiente alteram simul deficere necesse sit. Cum ergo hanc quoque, quae Jacobi fratris Domini testimonio *Epist.* 1, 4 sola opus perfectum habet, penitus defecisse existimaret.

Eliphaz
requirit
in Jobo
perfectionem.

Quarto, desiderat in Jobo *perfectionem*, quam, quod in omnimoda virtutum omnium integritate sita sit, cum tam gravi, quem in ipso notaverat, defectu nullo modo consistere posse judicabat, adeoque Jobum a recto virtutis ac perfectionis tramite procul deviare, et per hypocrisis externo religionis ac pietatis palliolo interiora sui animi vitia contegere; unde fiebat ut Eliphaz firmiter crederet, sibi quae plane persuaderet, illam, quae haecenus in Jobo apparuerat, simulatam duntaxat fuisse ac vanam, non veram ac genuinam speciem sanctitatis. Quod ut evidenter convincat, illique fucatae virtutis larvam detrahatur, ulterius ipsum interrogando subjungit:

Vers. 7.

7. RECORDARE OBSCURO TE: QUI UNQUAM INNOCENS PERIIT? AUT QUANDO RECTI DELITI SUNT? — Quandoquidem Job *sup.* cap. asseveraverat se innoxium gravissimis tormentis subijci, et exquisitissimis atque inauditis penis excruciatum, adeoque sibi saltem esse mori quam adeo miseram vitam trahere; hoc non eo quo dictum erat, et quo intelligi debebat sensu accipiens Eliphaz, Jobum hic tacite redarguit, ac si Deum quidem, quod se innoxium affligeret, injustitiae insimulasset, ipse vero pro dolorum magnitudine ex animi impotentia mortem sibi imprecando turpiter desperasset. Huic ergo utrique malo, prout ipsi quidem videbatur, gravissimo quo suavis et efficacius remedium adferret, obsecrandi formula utilis, ipsum benevole rogans ut superiorum velit temporum memoriam repetere, et simul querere; an aliquis innoxius perierit, quasi id acciderit nunquam: nam probi, inquit, viri licet aliquando in gravissimas incidant calamitates, aut innocentes ac reeli ærumnis quandoque opprimi videantur; nunquam tamen a Deo, cujus presidio fidebantur, ita penitus deseruntur ut intereat, aut in finem usque succidantur: (hanc enim verbis illis *perierunt et delenti* significationem inesse Septuaginta declarant, dum lo- cum hunc ita transferunt, *nonne delenti delenti sunt, quando vorae es raticitus perierunt?*) Quare cum Job se immerentem adeo alligis conquereretur, et tam anxie mortem et interitum, quem Eliphaz ad virum bonum minime spectare existimabat, voti omnibus exoptaret, cum ab officio viri boni desivisset, Deumque injustitiae insimulasse, atque de ipsius ope et auxilio desperasse arbitrabatur.

Verumtamen toto, ut dicitur, caelo aberrabat: nam istiusmodi argumentationis propositio: « Justus seu innocens non perit, » si quemcumque interitum conpletatur tam hujus quam futurae

vite, sic ut significetur, nec in hoc nec in futuro saeculo justum plane neminem perire, nequaquam vera est: multi enim viri magna virtute praediti indigna morte assumpti sunt. Id quod vel in ipso mundi ac saeculorum exordio in Aëbis necesse illustri documento didicimus, et ex Christi servatoris et apostolorum ignominiosissima morte luculentissime confirmatur: quin et Isaias, qui et ipse crudelissimo supplicio vitam finivit, dicere non dubitavit cap. lviii, 1: « Justus perit, et non est qui recogit in corde suo: et viri misericordiae collicuntur, quia non est qui intelligat. A facie enim malitiae collectus est justus. » Si autem de interitu illo sempiterno tantum propositio intelligatur, tunc omnino est verissima, et sic innocens nemo perit: « Justorum enim animae (Sap. iii, 1) in manu Dei sunt, et non tangent illos tormentum mortis: visi sunt oculis insipientium mori, et aestimala est afflictio exitus illorum, et quod a nobis est iter exterminium; illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est, » etc. Hinc Apoc. ii 11, Spiritus dicit Ecclesiae: « Qui vicerit non laedetur a morte secunda: » ab hac enim morte nos Deus per Christum vindicavit, « et omnis qui credit in ipsum non peret (sicut dicit Joannes cap. iii, 15) sed habeat vitam aeternam. » Quin et Christus ipse promittit *Joan.* viii, 53: « Si quis sermonem meum servaverit, mortem non gustabit in aeternum. » Quod si igitur Eliphaz de interitu aeterno propositionem suam intellexerit, nihil contra Jobum dicit, ut qui non hunc, sed vite mortalis finem, et quidem justissimam de causis *supr.* cap. vers. 1 recessit exoptabat.

8. QVIN POTIUS VIDI EOS QUI OPERANTUR INIQUITATEM, ET SEMINANT DOLORES, ET METUNT EOS. — Sicut praeced. vers. negat insontem illum perisse, ita hic e diverso affirmat eos omnes qui iniquis sese studiis mancipantur male semper a Deo fuisse mulcelatos; quod autem Vulgatus transfert, *qui operantur iniquitatem*, in Hebraeo est *אנשי חסר און*, id est *arantes iniquitatem*; et ita vertunt Septuaginta, *nonne arantes*; et alii *arantes*, quos *arantes* elegantiusque metaphorice ex agricolis pelita, qui arando, seminando et metendo totum munus suum exsequuntur. Ita nimirum homines iniqui scelus *arant*, id est mente concipiunt, cum illud admittere secum decreverunt; *seminant*, id est moluntur, cum dant operam, rationes et auxilia quaerunt ad illud perpetrandum; *metunt*, id est exsequuntur, et in lucem edunt, cum scelus quod cogitaverant et moliebantur jam opere perficiunt. Perquam apte atque elegantur haec similitudines describuntur peccatorum, quorum vita plane misera est, et innumeris laboribus ac doloribus referta: sicut enim hi qui seminant haud parum laborant, ita qui operantur iniquitatem haud exiguis molestiis fatigantur, juxta illud Prophete de labore impio-

telligendum.

Vers. 8.

Qualis sit peccatoris agitantura, sementis et metus.

rum dicens Jerem. v. 3 : « Ut inique agerent laboraverunt, » et sicut quam quis sementem facit eandem colligit et messem, quemadmodum Paulus ait Galat. vi. 3 : « Quæ seminaverit homo hæc et metet; » ita qui peccando labores seminat labores metunt, et quidem multiplicatos, sicut accidit in messe, quæ multis partibus uberior provenit quam sementis : nam sæpenumero ex unico peccato quod seminant, hoc est cum labore operantur, innumera colligunt infortunia, quibus torquentur.

Hanc ob causam Propheta non dixit numero plurali iniquitates, sed singulariter iniquitatem, ut sicut ex unico grano seminato multa pullulant, sic vel ex unica iniquitate hic admessa plurimos in inferno dolores nasci intelligeremus, id quod Psalmista quoque insinuavit cum ait Psalm. xvii. 5 : « Circumdederunt me dolores mortis, et torrentes iniquitas conturbaverunt me, » significans vel ex unica iniquitate torrentes dolorem et molestiarum in morte exurgere ; unde sicut agricola, qui bonum semen seminant, messis tempore incredibili gaudio replentur, juxta illud Isai. ix. 3 : « Letabuntur coram te sicut qui letantur in messe; » et illud Davidis de justorum messe loquentis Psalm. cxv. 5 : « Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos : » sic et contra peccatores in hac sua messe, quæ tota laborum et suppliciorum est, miserime torquentur, incredibiliter anguntur, et inconsolabili tristitia consumuntur. Quamobrem peccatum jure merito labor et dolor nuncupatur, tum quia tan presentis seu temporalis quam futuri ac sempiterni doloris causa existit, tum quia quando perpetratur non raro quoque cum labore ac dolore conjungitur; unde apud Hebræos ex voce מַחַל מַחַל, id est prævaricatione, per metathesin fit מַחַל מַחַל, hoc est labor, quia nimium hæc vicina sunt et reciproca : nec dissimili etymologica ratione improbitas græce μορβία dicitur, ab eo quod μοιβ, hoc est laborem, et ærumnam peccatorum adlerat.

Addit hic Pineda noster, quia peccator dum hic voluptatem consecratur, solum dolorem quasi semen futuram in inferno recondit, illum ibi messem; quemadmodum videlicet segetem statim comedimus, et ad propagationem solum semen servamus. Quantumvis ergo improbi dum flagitia perpetrant voluptates immodicas haurire sibi videantur, profecto dolores serunt, quos postmodum infelici proventus vel nolentes percipiunt : eequid enim dolores, meritis atque infamie non sicut libidinosis illecebra turpi captus, qui paulo post inops, venerea lue correptus, taboque consumptus, ac totus putridus atque omnibus invisus calamitose interit, eterno dolore cruciandus cui non absimilis est ambitiosi, avari exterorumque peccatorum sementis, aliqua quidem subdæ fallacis dulcedine voluptatis delibata; sed amara tristisque proprus laborum ac

dolorum messe cumulanda : quin imo, ut plurimum, quemadmodum hic significatur, « qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos; » ita videlicet, ut vel ipsam iniquitatis operatio nihil liquide voluptatis habeat, sed meri doloris seminato existat : ut enim D. Chrysostomus in Psalm. vii. ait : « Nemo est qui vivit in scelere, qui non innumera dolores sustineat, et de malis consultans, et consilium exsequens, » quod ab uno scelere et irati animi motibus probat : « Si voluerit quis ulcisci quempiam, vel prior injuriam facere, vide quomodo mala patitur : furore repletur; ab ira discerpitur; movet innumerabiles fluctus cogitationum; mille vias ingreditur; invadit timor ac tremor, quomodo offendet, quomodo rem perficiet, et ante eum quem est injuria affecturus seipsam perdit. » Adeo verum est quod alio loco in Psalm. cxv. protulit idem Chrysostomus : « Deus ante supplicium supplicium infligit : peccatum enim in se continet penam antequam puniatur; » quo spectat etiam illud Senecæ Epist. 97 : « Prima et maxima pena peccantium est peccasse : nec ullum scelus imponitur est, quoniam sceleris in scelere supplicium est, » vim scilicet animo inferente conscientia, quæ horribilem metum et infandam undique perniciem intental, quam ille a Stoa doctus summam esse criminum penam atque ultionem, putat, tametsi alia nulla constitueretur. E quibus luculenter patet quam perniciosa sit peccatorum agricultura, cujus et sementis et messis nil nisi labor et dolor est et interitus sempiternus, quem seq. vers. insinuat cum iniquos subdit

9. FLANTE DEO PERISSE, ET SPIRITU IRÆ EJUS ESSE

CONSUMPTOS. — Describit hic repentinum peccatorum interitum, eandem quam super. vers. ortus erat allegoriam per texens, sicut enim ibi peccatoris labores ac dolores seminantis metulicæ metaphora explicuit, ita hic per ventum, ac tempestatem segitibus calamitosam et exitalem, irati Numinis vindictam extremum peccatorum supplicium infligentem designat : frequenter enim Scriptura solet spiritus et venti ac flatus nomine divinam iram et ultionem significare : sic in Exod. xv. 8 Moyses Dei de Pharaone ulionem describens : « In spiritu, inquit, furoris tui congregato sunt aquæ, » etc., ubi ventus ille validus a Deo immissus spiritus furoris ejus appellatur, tum quia vel vehemens erat, tum quia ab irato numine ad rebellem Pharaonem puniendum ac perendum immittebatur : nam, ut mox sequitur : « Flavit spiritus tuus, » id est iugens ventus aquas concitans, « et operuit eos mare : submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. » Eadem spiritus acceptio in Psalm. x. 7, frequens est, ubi spiritus procellarum dicitur pars calcis impiorum; et Psalm. xvii. 16, « ab inspiratione spiritus iræ divine » apparatus fontes terrarum, ad impios scilicet absorbendos, et ad tartara deludendos, ut ibi condignas sceleribus

Ipse
scelus
peccato
rum do
lor est

Facile est
Deo peccatores
punire.

Peccatum sibi
parat.

Vers. 9.

Spiritus et ventus
iram et
vindictam
tam ibi
significat.

suis penas luan; hinc Psalm. xlviii. 8 : « Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, » dicuntur facere voluntatem Dei, quando armanur in vindictam impiorum ejus, et de impiis supplicium sumunt; inde fulminat æther, nubes sonitu et incendio crepant, aret tellus, sol stupet, diluvium effundit cœli cataractæ.

Hoc igitur sensu Eliphaz ait peccatores « flante Deo perisse, et spiritu iræ ejus esse consumptos : » pro quo Septuaginta vertunt, ὡς ἀπόκατακτατο ἄνεμος ἐκ τῆς οὐρανῆς, ὡς δὲ ἀπὸ τῆς οὐρανῆς ἀπὸ τοῦ ἀνέμου ἀπὸ τοῦ ἀνέμου, a præcepto Domini peribunt; a spiritu autem iræ ejus debentur; quibus verbis haud obscure significatur quam facile sit Deo, cum voluerit, iniquos omnes perdere, et dicto citius abolere, aut in infernum demergere perpetuo supplicio cruciandos : cum enim Deo placet mundum punire nequitia pollutum, magnis sceleribus contaminatum, ad præceptum et nutum voluntatis ejus, vel ad flatum oris ipsius defluunt gentes, montes liquefiunt, terra dehiscit, cœlum ut liber involvitur, natura tabescit. Quamobrem ira Dei eleganter vento vel spiritu comparatur, tum ob facilitatem, inquit Polychronius in Caten., tum ob vehementiam et celeritatem, ut ibid. notat Chrysostomus : id quod Sodomorum evasio et totius orbis inundatio luculenter demonstrant; verumtamen acerbitas hæc vindictæ non a Deo, qui procrastinando penitentiam, et continuo peccata peccatis et iniquitates fellas iniquitatibus accumulando suavissimum alioquin Deum sibi reddit amarum. Unde et Eliphaz dicebat : « Vidi eos qui operantur iniquitatem, et seminant dolores, et metunt eos, flante Deo perisso, et spiritu oris ejus esse consumptos; » sed numquid ventus est Deus qui flare dicitur? non ventus est qui flat, sed spiritus qui perflat, et eo modo quo nos mortales dum vivimus inspirando acrem ad præcordia dimittimus, respirando vero quem hauseramus deflamus : eodem modo si dicta fas sit, immortalis Deus, et Deus totius miseracionis, qui nisi prius peccata nostra hauserit, unde nos puniat non habet, cum crimina nostra, ut sic dicam, in pectus quodammodo attraxerit, penam deernit, et decretam mulctam vel deflens vel diffans infligit, et juxta mensuram peccatorum supplicium irrogat. Atque hæc est Gregorii papæ sententia lib. V. Moral. cap. xv dicens : « Nos cum flamus aërem ab exterioribus introrsum trahimus, et introrsum tractum hunc exterius reddimus; flare ergo Deus in vindictæ retributione dicitur, quia ab exterioribus causis introrsum judicii consilium concipit, et ab interno consilio extrorsum sententiam emittit. Quasi flante Deo ab exterioribus aliquid introrsum trahitur, quando foris mala nostra conspiciunt, et intus judicium disponunt; et rursum quasi flante Deo ab interioribus spiritus extrorsum extrahitur, quando ab interno concepto consilio exterius judicium dam-

nationis inferunt. » Eliphaz itaque hoc versu Jobum facile laxat oculi cujusdam criminis, ob quod iram Dei meritis justam ejus in se vindictam concitaverit, quod ut magis probet variis ferarum symbolis mores ipsius vitiosos, ut ipse quidem censebat, adumbrat, et jure merito punitionis insinuat.

10. ROGITUS LEONIS, ET VOX LEONIS, ET DENTES

CATELORUM LEONUM CONTRITI SUNT. — *Rugitus* Jobi tribuit sive propter immanem, qua ipsum florentem adhuc fortuna in subditos abusum fuisse existimabat, tyrannidem, ob quam modo tam graviter a Deo puniretur; sive propter acerbissimas, quas ipsemet superiori capite ex ore illius perceperat, querimonias blasphemias, ut quidem Eliphaz interpretabatur, plensimas, atque immansueti et impatientis animi indices non obscuras. Vocem vero *leonis* uxori ejus assignat ob non dissimilem a mariti moribus ferocitatem, et insolentem vorborum, quibus ipsum ad maledicta in Deum effluenda instigaverat, proacacitatem. *Catulus* denique *leonum* vocat Jobi filios, quorum dentes tunc contriti sunt, quando illos domus, in qua simul epulabantur, ruina oppressit. Hæc itaque leonis principis, leonæ uxoris et leonulorum filiorum nominibus allegorice, tropo satis Scripture usitato, totam tyranni principis familiam elegendam descripsit, Jobum facile insimulans crudelitatis, cujus jam justo Dei judicio penas pendat : leo enim fortissimus et ferocissimus belluarum, et in iram maxime propensus, re quem ac tyrannorum hieroglyphicum habetur, ideoque regis ira cum rugitu leonis a Salomone comparatur dicente *Prov. xx. 2* : « Sicut rugitus leonis, ita et ira regis, » ad quem locum auctor *Caten. Patr. Græc. in Proverb.* Regum Pelianus noster vertit, et Schottus edidit : « Regum, inquit, minæ recte leonum rugitus assimilantur, nam si illis ita visum fuerit indicta causa statim occidit : quis enim, si voluerint, prohibebit eos? siquidem exsequendo facultas adjuncta est voluntati. » Plures alias rationes, proprietates et congruentias, in quibus rex cum leone et ira regis cum fremtu seu rugitu leonis conveniat, vide apud Salazarium et Cornelium nostrum in *Proverb.* cap. xix. 43 et cap. xx. 2, qui plurimas *ibid.* adferunt ac fusius deducunt.

Leo symbolum regis et tyranni.

Ira regis cum rugitu leonis comparatur.

Diabolus in regibus et tyrannis.

Rugitus leonis belluaria.

« Quia adversarius vester diabolus tanquam leonægens circuit quaerens quem devoret. » Ob hunc rugitum Isidorus Pelusiota lib. II. *Epist.* 284, leonem vocat ἐλεῖον καὶ ἀρπακτον, horrendum et intulerandum : addit enim solum rugitu mores concute. Scribit etiam S. Ambrosius lib. VI in *Hexæm.* ita rugitu omnes alias animantes obstupefacere, ut prope exanimetur, et commovere se loco non audeant : est enim horribilis ille sonitus, quem

de leone loquens Cyrillus Alexandrinus in Sophon. num. 29, vocat *βερριον*, tonitru; adeoque formidabile esse rugitum, ait, cum in praedam inciderit, *ὡς ἀντιπύριον τὸ τοῦ*, id est ut animantes pro timore gelascere et defigi videantur: similia animadverit S. Gregorius Nyssenus de creatione hominis: « Vix gravem, inquit, leonem frendentemque aspicias, cuius vel nomen ipsum ferri non potest; et illius rugitus *βρόχους ποτὶ τὸν γῆν, terram tremefacit*. Que omnia Satana vim et immanem ferociam illustrant praesertim mortis tempore, quo maxime timet ne praeda sibi eripiat; et quidem evenire aliquando videmus, ut tum quidam illius tentationibus velut leonis unguibus et sevitia lacerantur; quibus idem quod olim Carano Macedoniae regi accidit, qui, teste Pausania in *Boet*. de Cisseo provincia finitimo domino cum victoriam reportasset, et tropaeum Argivorum more ad perennandam suam gloriam erexisset, illud postea leo ex Olympo egressus everit ac dissipavit. Sic etiam aliquando reperias qui sapius in vita laurea donati, et ut viatores invicti ac triumphales coronati fuerint, quorum tamen pulcherrima tropaea clarissimarum virtutum collocata in extremo illo vite actu impressione sua furiosus hic leo non ab Olympo monte, sed a nigro Averno egressus turpiter everit: quare quisquis in finem usque in virtute perseverans huius immanis belluae et tartareo leonis gloriosus ex hac vita victor decesserit, ne ille iure optimo confideret dixerit: « Rugitus leonis, et vox leonae, et dentes catulorum leonum contriti sunt. » Ceterum Eliphaz idem argumentum magis adhuc amplificans, et Jobum tacite vellicans subdit:

Ver. 11. 11. TIGRIS PERIT EO QUOD NON HABERET PREDAM, ET CATULI LEONIS DISSIPATI SUNT. — Hic versus eundem sensum habet cum precedenti: tigris enim ferocitate leoni nequaquam cedit, adeoque per eam Eliphaz Jobi quoque ferociam haud obscure indicat et taxat: est quippe symbolum seu hieroglyphicum immanitatis, quo, teste Pierio, ultimar ad indomitos et effratos alijus animos indicandum; unde poetae cum hominis cuiuspiam immanitatem egregie notare voluit, hyrcanas illi tigrides ubera praedicant admovisse. Pro *tigris* in Hebraeo est *לשׁ* *laisch*, quod Vulgatus noster interpres alibi *leonem* Septuaginta vertunt *μυρμιόκτων*, id est *formicarum leonem*, vel *formicoleonem*, qui, teste S. Gregorio ad hunc locum (quod ipsum etiam tam graeci quam latini lexicographi notant) genus animantis pusillum quidem, sed astutissimum est: idem et terribile formicis non secus ac leo aliis animantibus; quod se sub pulvere abscondit, unde formicas frumenta gestantes quasi ex insidiis observat, quas in foveam, ad hoc ab illo prorsus admirabili artificio structam, delapsas insidiator callidus intercepti devoratque. Verum quia hic a rebus magnis petuntur similitudines, et Hebraeum *לשׁ* *laisch* proprie *leonem* significat, aptius pro vera specie leonis aut tigride

Dihabus in morte maxime ferus.

Tigris symbolum ferocitatis.

Formico-leo quia bestia.

supponit, quae magnitudine et ferocia leoni non cedit; praesertim cum Strabo lib. XVI *De Situ orbis*, et ex eo Gesnerus *De Leon.* cap. II, ut Pineda noster notat, in Pseudocasia, qui locus est in finibus Arabiae, scribant esse copiam leonum qui *formica* appellatur, quod forma rororis formicarum quamdam similitudinem refertur. Porro cur Eliphaz Jobum cum leone et tigris compararet in promptu ratio est, quam refert Sanctius noster, scilicet quia diabolus ipsi plus satis credulo persuaserat avaram fuisse Jobum, et usque adeo cupiditate captum, ut quo rem augeter suam nullam habuisset rationem humanitatis et officii; sed subiectum sibi populum deglubisset, ac non secus ac leo et tigris praedam, in quam incidit, dilaniasset. *Perire* ergo tigris dicitur, « eo quod non haberet praedam, » qua rabidam famem expleat; tacite insinuans Jobum jam in sterquilium, regno et bonis omnibus exutum, contabescere ac perire, quod non haberet praedam, id est subsidios, quos amplius deglubere ac devorare posset.

Pro eo autem quod nos habemus, *eo quod non haberet praedam*, Eucherius notat in Hebraeo esse, *eo quod non fuerit praedam assuetus*, id quod ad usitatum catulorum tigridis venationem aliquo modo referri posset: nota enim est historia quemadmodum venator tigridis fetus recens adhibet observat, ad quos cum mater papulatum abierit auterendos perniciosissimo fertur equo, surreptisque catulis, qui sunt semper numerosi, cursu se inde proprii quam potest citatissimo. Reversa tigris ubi nidum vacuum reperit, velocissimo cursu lotam extemplo circumlustrat regionem, donec fugientem venatorem deprehenderit, in quem tunc omnem impetum convertit; ille vero simul atque se deprehensum animadverit, statim unum e catulis post tergum proicit; suscipit hunc tigris mordicans, et retroversa in nidum refert: alacri mox cursu eadem vestigia repetit, exiguaeque temporis intervallo venatorem aggreditur: ille rursus alterum catulum abiecit, cursuque nunquam intermisso navem versus provolat: suscipitur hic quoque, etrapidissima velocitate reportatur; idque et tertio, et interdum quarto fit, donec venator consensens navi vix duobus et litore relicto; in quem, postquam frustra toto litore frendens deservit, omnem converti ultionis servitium, totumque deserit, et miserabilis pro auctore furti poenas pendere compellit. Quod si vero maris aut fluvii tuta forte fuerit vicinitas, ut antequam ad nidum suum tigris reverteretur, et catulos ablatos deprehenderet, matura fuga se simul cum praeda integra subduxerit, adeo fertur impudenti erga catulos suos amore affecti, ut eorumdem orbitatem non ferens, praesertim et inconsolabili morore intereat et contabescat, eo quod praedam non sit assuetus catulis a venatore abductis ac dissipatis.

Ver. 12. 12. PORRO AD ME DICTUM EST VERBUM ABSCONDITUM, ET QUASI FURTIVE SUSCEPIT AURIS MEAS SUSURRI EJUS. — Significat hic Eliphaz se per revelationem divinum aliquid oraculum idque clam et subtiliter a Domino accepisse, quapropter vocat illud *verbum absconditum*, id est arcanum, occultum, mysticum, qualia scilicet prophetarum esse plerumque solent, quibus divi i ipsis mysteria vel res future revelabantur, quae ut plurimum obscura erant et enigmatica et quasi caligine involuta, ne passim ab omnibus perciperentur aut intelligerentur, sed tantum ab iis quos divina mystagogia erudivisset, atque istiusmodi mysteriorum capaces reddidisset. Quoniam hi soli *Math.* XI, 13 habent aures audiendi, » quas requirit Christus, quae in coeli sonitum intentae sint, Deique voces avidissime simul ac subtilissime accipiant, quo perinet magna illa Numinis pollicitatio *Baruch.* II, 31: « Dabo eis cor, et intelligenti: et aures, et audient, » quibus in rebus jure merito Deus partem maximam humanae felicitatis constituit: neque enim id simpliciter intelligen-

Mystice tam tigris quam myrmicoleon sive for-

Cur Eliphaz Jobum cum tigride comparat

Venator catulorum tigridis.

Animi passiones myrmico-leoni comparantur.

Verbum absconditum quid sit videtur?

Aures audiendi quales.

micarius leo symbola sunt diaboli, uti S. Pater passim exponunt; ac *tigris* quidem, quod animal saevum est et implacabile, idemque plenum varietate macularum, sed praecipue fulvum habet colorem nigricantibus segmentis interundulatum, aple mali demonis, ut nocentissime belluae, varium maxime et fraudulentum figurat ingenium: incredibilis enim est illius in tentando et decipiendi versutia, qua nihil magis veteratorum dici potest, aut ad fraudem callidum, et eruditum artificium simulationis, hinc a S. Ignatio martyre in *Epist. ad Philipp.* dicitur *κακίας, κακίας στρατηγός, κακίονος*, id est *versutus, malitiae dux, fallendis hominum mentibus egregie peritus*. Idem significare cupiens S. Hieronymus ait esse multimoda diaboli ingenia, quibus ad nectendam hominibus fraudem abutitur: eandem ob causam B. Macarius *Hom.* 27 vocat eundem *πρόδοικον*, id est *vaftrum* et callidum veteratorem, qui habeat *μάγαν καὶ τῆβυζα*, id est *excogitatas machinas et fores triplices*, quibus effugiat et elabatur, vel praeter expectationem redeat. *Myrmicoleon* vero, novum quoddam genus monstri, e naturarum varietate compositum, quod cum simul formica sit atque leo, S. Gregorio ad hunc locum et Olympodoro in *Caten.* testibus, manifestum quoque symbolum diaboli est: quippe qui ut formica quidem titillat, ut leo vero saevit atque haccatur, ac piis quidem et in virtute constantibus formica est, impiis vero ac timidus leo, potissimum autem, ut S. Augustinus ait, formicis, id est in terra thesaurizantibus dominatur.

Tropologiae S. Nilus in *Cat. Graec.* per *μυρμιόκτων* seu *formicoleonem* intelligit perturbationes animi, quae initio a tenuioribus visis exoriuntur et quasi formicae latenter obrepunt; ubi vero se confirmantur adeo violentae fiunt atque insolentes, ut leones videantur.

12. PORRO AD ME DICTUM EST VERBUM ABSCONDITUM, ET QUASI FURTIVE SUSCEPIT AURIS MEAS SUSURRI EJUS. — Significat hic Eliphaz se per revelationem divinum aliquid oraculum idque clam et subtiliter a Domino accepisse, quapropter vocat illud *verbum absconditum*, id est arcanum, occultum, mysticum, qualia scilicet prophetarum esse plerumque solent, quibus divi i ipsis mysteria vel res future revelabantur, quae ut plurimum obscura erant et enigmatica et quasi caligine involuta, ne passim ab omnibus perciperentur aut intelligerentur, sed tantum ab iis quos divina mystagogia erudivisset, atque istiusmodi mysteriorum capaces reddidisset. Quoniam hi soli *Math.* XI, 13 habent aures audiendi, » quas requirit Christus, quae in coeli sonitum intentae sint, Deique voces avidissime simul ac subtilissime accipiant, quo perinet magna illa Numinis pollicitatio *Baruch.* II, 31: « Dabo eis cor, et intelligenti: et aures, et audient, » quibus in rebus jure merito Deus partem maximam humanae felicitatis constituit: neque enim id simpliciter intelligen-

dum est de vi audiendi, quae nobis cum bellis est communis, quae sonos percipiunt, sed de illa praesertim auditione, quae ad mysteria salutis percipienda et intelligenda pertinet, et est veluti quoddam pignus inchoatae beatitudinis: istiusmodi ergo res arcanas et divinas audiendi facultate praeditum sese jacitans Eliphaz, quo majorem dielis suis auctoritatem conciliaret, Jobumque magis attentum redderet, sibi verbum aliquod absconditum, quod ad salutem ejus plurimum conducere, a Deo revelatum significat. Ut autem illud maxime arcanum et occultum, ideoque tanquam valde mysticum et plane divinum, pluris esse faciendum declararet: « Et quasi furtive, inquit, suscepit auris mea Venas susurri ejus, » id est clanculum et occulte: ut enim occulte furtiva sunt, sic etiam furtiva dicuntur quae clam et occulte fiunt, quibuscumque illa demum generis sint. Sic furtive incidimus, cum suspensus quasi pede clanculum aut in tenebris ambulamus: sic furtive locutiones sunt, quas aliis in aurem susurrari, et celatas esse volumus: *venas* itaque susurri vocat sibilum quemdam tenuem et exilem, eumque obscurum et confusum fracte vocis, quo clare nihil exprimitur, sed confuse quidpiam opprimitur, ita ut sonum quidem percipias, sed, quod ille non satis formatus et articulatus sit, minime intelligas. Est autem metaphoram ab amnibus et rivulis desumpta, qui caeco, ut dicitur, meatu decurrunt, ac tacito murmure devolvuntur, neque aliud quam informem sonum auribus obijciant: is enim proprie est susurrus, de quo S. Gregorius lib. V *Moral.* cap. XX: « Qui susurrat, inquit, occulte loquitur, et vocem non exprimit, sed imitatur. »

Porro quod Vulgatus *furtive* transferi Chaldaeus non male exponit *repente*; et pro *venas susurri ejus* clarior in Hebraeo est *בְּחַוְיָ סוּסְרִי שֵׁמַעַי מַעְהוּ*, id est *pusillum ex ea*: in Graeco haec obscurus habentur, imo totus versus acerbum sapit increpationem, et S. Jobum falsitatis ac fictae fucataeque pietatis arguere videtur dum ait, et *ἢ τί τὴ βίβλα ἔλαβον ἕρποντα ἐν ἰσχυροῖς μου, ἕβηεν ἐν αὐτὴ τοῦτον κακῶν ἀνθρώπων, καὶ ἔλαβον ἀδελφῶν μου τὸ ἄδελφόν μου, αὐτοῦ, ἢ ἄντι τὸ ἕρποντα*, *quod autem verbum verum fuisse in sermionibus tuis, nihil tibi horum malum occurrisset. Numquid non capiet auris mea ab eo magnifica*. Quibus verbis Eliphaz Jobum perstringit, tanquam qui occulta peccati labe aspersus iusti nomen sit simulandi artificio adeptus, et plenam grativaltis orationem sepe numero usurparit: nisi enim, inquit, solis verbis religionem praetulisses, sed factorum etiam fuisse veritatem consecutus, nihilque ab officii religioe declinasses, haudquaquam tantorum malorum acerbitatem degustasses, cum iustorum hominum actiones nullo pacto Deus asperneret: ita Polychronius et Chrysostomus in *Caten.* locum hunc exponunt. Ceterum, an hoc fuerit vera revelatio, et a Deo immissa, an vero ab ipsomet Eliphazo vel a demone conficta, dissentiant auctores: rit revo-

Qualis susurrus.

As, et qualis haec fuit: rit revo-